

12. Verum hanc peccatorum enumerationem iure divino necessariam esse recte negat Apologia. Nusquam enim illam Scriptura exigit.

13. Est illa conscientiarum carnificina, reddens mentes & conscientias incertas ac dubias, an, cum non satis se diligenter excuserint, neq; sua peccata cum circumstantiis satis enucleate exposuerint, vere à peccatis absoluta sint nec ne. Hoc certe est laqueos conscientias injicere.

14. Adde, quòd minister Ecclesiae non se-deat ibi ut iudex, sed ut executor divini beneficii, annuncians peccatorum remissionem Christi nomine pœnitentiam agentibus. Nusquam eiusmodi cognoscendi peccata potestas concessa est ei à Christo, ut confitentibus illa in specie, teneatur pœnas ac satisfactiones imponere, sicut sequenti articulo patebit.

15. Interim tamen confessionem eo, quo dictum est, modo probamus, & quandam examinationem prodesse iudicamus, ut institui homines melius possint: Tamen ita moderanda res est, ne conscientias iniiciantur laquei, quae nunquam erunt tranquilla, si
exi-